Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 304.

Cod: CXXV.

Chartac: Fol: Saec: 15.

1.

Sylvestri de Rebdorf Tract: de paſſione Dni.

Sylveſtri de Rebdorf Tractatus de paſſione Domini. Incipit: "Videns vidiſti Domine afflictionem populi tui! Continet medita„tiones juxta horas canonicas in ſeptem par„tes diviſas, quibus ob diverſitatem capaci„tatis ingenii legentium adjectae ſunt brevi„ores. In fine legitur: "Explicit liber fe„ria quinta post feſtum Vincencij martyris anno domini 1449.

Krauſius um ſtändliche Buchersch.: p: 194 ex Bibl: Cremifanensi codicem ms: produ„cit, in quo praeſens tractatus adſcribitur Pro„posito in Redorf /: Rebdorff :/: nomine Sylveſtro /vide Bruschii Chronol: monast: germ: p: 370:/ Ord: S. Aug: Can: Reg: qui tamen eruditis, quos consului librorum cenſoribus, omnino ignotus eſſe videtur; niſi fortaſſis idem ſit cum Sylveſtro de Balneo regio, ao 1485 defuncto, cui Oſsingerus Bibl: August: p: 99 tribuit tractatum de paſſione Domini. – Hen„rico quoque de Haſſia adſcribitur tractatus de paſſ: Dni per 7 horas canonicas; item Jordano de Saxonia.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 305.

2

S. Isidori Hisp: Libri III Sentent de Sumō bono.
94a–149b

S. Isidori Hispalensis Episcopi Libri III Sententiarum de Summo bono. Idem opus, quod Cod: LXXVI n 1. & cod: LXXVIII n 1. retulimus.

3

Galli junioris Malogranatum.
150a–239a

Galli junioris Malogranatum, sive Dialogus inter patrem, et filium de statu triplici re-„ligiosorum incipientium, proficientium, et perfectorum. Præfationis initium est: " Notan-„dum quod opus subsequens, seu liber sive tractatus intitulatur malogranatum ". Caput primum inscribitur: " Quod Deus creavit homi-„nem ad diligendum ad fruendum se ipsum", et incipit: " Sancta trinitas pater et filius et spiritus sanctus. " Totum opus tribus con-„stat libris, quorum non nisi primus a codi-„ce nostro exhibetur, unde in fine additur: " Explicit primus Liber sive tractatus Malo-„granati qui est de statu incipientium." Conspectum hujus operis uberiorem exhibet de Visch ius Bibl: Cisterc: p. 777 seqq:, ubi etiam Malogranatum in belgicam linguam trans-„latum esse narrat. Typis prodiit Coloniæ 1476. Fol: et 1487 sine loco 4. et 1487. Fol: Bohus: Balbinus in Bohemia docta parte 2. pag: 160 seqq: Malogranati authorem nomi-„nat Mathaeum Aulæregiensem /: de quo plu-„ra in Cod: CLXXXVI n: 16: / sed per-peram.

Gallus junior natione Germanus Abbas Ord: Cisterciensis Aulæ regiæ prope Pragam in Bohemia vixit circa annum 1370.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 306.

4

Tractatus de oratione dominica. 239b – 251a

Tractatus de oratione dominica, seu septem petitionum expositio. Titulus est: "Incipit tractatus super dominicam orationem". Initium: "Omnes unanimes in oratione estote," prima Petri 3tio etc. "Justitia hominis in hac vita".

5

Tractatus de tribus essentialibus Religiosorum. 251b – 281a

Tractatus de tribus essentialibus religiosorum, ita titulus; initium est: "Amice commoda mihi tres panes etc. Karissime in Domino Jesu Xto Domino dicatae Sorores". Manus posterior pro Sororibus posuit fratres, et genus correxit, attamen hunc tractatum Monialibus fuisse dicatum, et ex decursu patescit, et operis conclusio confirmat, quae ita finitur: "quod nobis concedere dignetur Dominus noster Jesus Christus Virginum sponsus amator castissimus" etc. Authoris nullum adhuc deprehendi vestigium.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27465

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)